



**R. P. Fr. Ioannis Poncii, Corcagia-Hiberni, Ordinis Ff.
Minorvm, Sacræ Theologiæ Lectoris Ivbilati, Olim in
Collegio Romano S. Isidori Primarij Professoris;
Philosophiæ Ad Mentem Scoti Cvrsvs Integer**

Poncius, Joannes

Lugduni, 1659

6. Vtrum qualitates habeant terminium suæ intentionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95688)

CONCLUSIO III.

*Actus vi-
tales &
species
impressæ
non inten-
duntur
per gra-
das.*

51 Probabilis est quod actus potentiarum vitalium non intenduntur per plures partes, verbi gratia, visio albedinis, quæ altera visione eiusdem albedinis intensior est, non habeat hoc ex pluribus partibus, quarum qualibet esset visio: & idem dicendum est de speciebus impressis. Hæc est contra communiorē sententiam, quæ oppositum videtur supponere.

Probatur prima pars, quia non est eadem ratio de his actibus, ac de aliis qualitatibus, de quibus in præcedenti conclusione: ergo quamvis illæ intenduntur per plures gradus seu partes realiter distinctas, idem non est dicendum de his. Probatur antecedens, quia quando potentia minus intensum actum circa obiectum, & postea magis intensum, ut quando quis à longe videt album imperfectius, & postea accedens impius, videt illum perfectius, non constat quod actus ille, quem primo habuit permaneat, sed potius constat, oppositum; sed in aliis qualitatibus prædictis quando subiectum habet magis intensam qualitatem post minus intensam, constat manere qualitatem quæ priuserat: ergo non est eadem ratio de illis, ac de actibus.

Probatur minor quoad primam partem, quia non potest ostendi vlla ratione aut experientia quod maneat.

Probatur eadem maior quoad secundam partem, quia si maneret actus primo habitus, quando habetur actus perfectior seu intensior, deseruiret vel in ordine ad constituendum illum secundum actum, vel tanquam dispositio, aut conditio sine qua non actus ille, qui est perfectior, haberet illam perfectionem: sed constat experientia hoc esse falsum: quia si quis primo poneret in illa distantia, in qua habet perfectiorem actum, non præcederet ille actus imperfectior, & haberetur ille actus perfectior in eadem omnino perfectione, ergo constat non manere priorem actum.

*Probatio
clarior.*

52 Confirmatur primo, quia omnino superflue maneret ille primus actus, & absque vlla prorsus utilitate: ergo non est dicendum quod maneat. Ex his potest formari ratio pro conclusione clarius hoc modo: si intensio actus habere ut per plurimam graduum qui adderentur sibi iuicem, quando post actum minus intensum succederet magis intensus, maneret actus ille qui est minus intensus, sicut contingit in aliis qualitatibus, quæ intenduntur: sed hoc est falsum, ut patet ex iam dictis, & quia ille ipse causa, qua applicantur quando habetur actus ille magis intensus, sufficienter possunt totum illum producere cum omni perfectione, quam habet: ergo non est dicendum quod maneat actus præcedens.

Probatur conclusio quoad secundam partem, quia eadem prorsus est ratio de speciebus huiusmodi ac de actibus: nam de speciebus eadem argumenta formari possunt, ut patet: ergo.

53 Obicitur: non posset intelligi quomodo actus esset perfectior intensius, aut species, nisi haberent plures gradus: ergo debent habere tales gradus.

Respondetur negando antecedens, quia secundum sententiam communem possent habere inæqualitatem perfectionis individualis, sicut duo individua substantia: & hoc sufficeret ad hoc quod vna diceretur intensior altera, non quidem tam proprie quam calor dicitur intensior, quia intensio proprie loquendo importat pluralitatem partium, aut maiorem radicationem eiusdem formæ, quod tamen spectat ad quæstionem de nomine.

Deinde si hæc sententia non esset vera, posset habere distinctionem specificam, & sic vna altera perfectior esset, atque adeo posset dici intensior. Quamvis enim non sufficiat maior perfectio individualis, aut essentialis, ad hoc ut quodcumque vnum diceretur altero perfectius, quia alias vnus homo posset dici magis homo, aut magis, intensus homo quam alter, quod est absurdum, tamen id sufficeret in qualitatibus respicientibus eadem principia & obiecta absque vlla variatione, præter variationem illam maioris perfectionis.

Dices, visio magis intensæ albedinis non dicitur esse diuersa speciei à visione minus perfectæ: ergo maior inten-

sio non potest provenire à diuersitate specifica.

Respondetur, id quidem non dici, vel quia supponitur communiter quod non sint distinctæ speciei, quod tamen suppositum non probatur, vel quia consideratur natura visionum penes obiectum, & certos effectus, excepta maiori illa perfectione, & ut sic consideratur, cerum est quod non sint diuersæ speciei: sed hinc non sequitur quin reuera sint diuersæ speciei.

54 Obicitur secundo: sequeretur, quod intensio fieret eo modo quo docuit Godfredus & Durandus, per destructionem prioris formæ, & productionem nouæ formæ. Sed hoc est contra dicta in quæstione quarta supra, ubi impugnata est illa sententia: ergo hæc conclusio adueriatur illi resolutioni.

Respondetur distinguendo sequelam maioris: omnis intensio cuiuscumque formæ, nego: intensio à quarum formarum, transeat; nec id est contra conclusionem illam, in qua tantum asseritur, quod intensio ut sic non ita fiat; de illa enim ibi loquebamur.

Adde, re vera non dici proprie loquendo, quod intendatur visio iuxta hanc nostram sententiam, quia ad hoc visio minus intensæ deberet reddi secundum se magis intensæ, quod non est verum in nostra sententia, quandoquidem secundum eam visio imperfectior, ac minus intensæ non maneat producta perfectior.

55 Obicitur tertio: non potest assignari causa, à qua destrueretur visio præcedens, ergo debet manere, & consequenter falsum est fundamentum nostrum.

Confirmatur, quia species intelligibilis imperfectior, quæ prius producit, non deperditur acquisita perfectione: ergo.

Respondetur negando antecedens, nam causa cur destruitur est, quia dependeret ab obiecto taliter applicato, unde quando non applicatur sic, desinere debet visio.

Ad confirmationem respondeo primo, fortassis antecedens non esse verum: sed eo supposito, de quo in libris de anima, nego fundamentum nostrum esse falsum; neque enim fundamentum consistebat in hoc præcise, quod non maneret forma imperfectior præcedens formam perfectiorem, sed quod non maneret necessario in ordine ad producendam formam illam perfectiorem, quæ perinde produceretur, quamvis non maneret illa; unde permanentia eius est omnino impertinens ad propositum. Deinde certum videtur, non permanere actus imperfectiores præcedentes, nec species impressas visuales: unde saltem hæc nequeunt intendi per additionem partis ad partem: at eadem prorsus est ratio de his, & speciebus impressis intelligibilibus, & internis quantum ad hoc.

QVÆSTIO VI.

Utrum qualitates habeant terminum suæ intensiōis.

56 Sensus quæstionis est, an qualitates naturæ suæ peccant terminum intrinsecum suæ intensiōis, ita ut vltra determinatum gradum, verbi gratia octauam, vel decimum, non possint ulterius intendi, vel remitti: an vero quemadmodum quoad extensionem non petunt determinatum gradum, quin ulterius in infinitum possint extendi quantum est ex se, & etiam diminui; ita etiam dicendum sit de intensiōe.

Prima sententia est, quod quilibet qualitas intensæ habeat terminum intrinsecum suæ intensiōis versus magnitudinem, ita ut eo habito non possit nec naturaliter, nec supernaturaliter intendi magis. Hæc tribuitur Scoto ex eo quod in 3. d. 13. teneat gratiam Christi fuisse summam possibilem, & eam videntur sequi in hoc sensu omnes Scotistæ.

Secunda sententia est, qualitatem quamlibet habere statum naturaliter, non vero supernaturaliter. Ita Ruuius Aueris, & recentiores cum Thomistis communiter.

CONCLUSIO I.

57 De facto qualibet qualitas habet determinatum terminum intensiōis quoad magnitudinem naturaliter loquendo. Hæc est communis cum vtraque sententia.

K K K

Probari solet, quia subiectum quodcumque habet limitatam virtutem receptivam, aliis esset infinita perfectionis, quod enim potest magis intensum formam recipere, est maioris perfectionis: ergo si potest formam magis & magis intensum in infinitum recipere, erit infinite perfectionis: ergo debet necessario dari status in intensione formæ.

Verum hæc probatio omnino displicet, quia subiectum receptivum formæ non magis debet esse limitata virtutis receptivæ, quam causa creata debet esse limitata virtutis productivæ: sed ex limitatione, quam habet causa in virtute activa, non sequitur dari statum in effectu ab ipso producibili, ita ut assignato quocumque termino non possit ulterius aliquid producere: ergo nec ex limitatione in virtute susceptiva, sequitur status in forma receptibili.

Confirmatur, quia ex eo quod una superficies possit recipere naturaliter intra se infinita corpora penetrantia, non sequitur quin esset limitata capacitatis, aut si sequeretur aliqua illimitatio, non erit illimitatio inconueniens rei finitæ: ergo ex eo præcise quod idem subiectum reciperet naturaliter infinitos gradus eiusdem qualitatis, non sequitur quod esset illimitata virtutis illimitatione aliquitur quod esset illimitata virtutis illimitatione aliqua repugnante entitati simpliciter finitæ.

Melior
probatio

58 *Probat* ergo melius conclusio nulla causa naturalis potest naturaliter producere qualitatem ullam nisi determinatam intensiōis: ergo naturaliter loquendo datur status intensiōis in qualibet qualitate.

Probat autem cedens, quia si esset aliqua causa naturaliter productiva vel determinatum gradum, naturaliter in unum produceret: sed non producit, ut patet experientia: ergo.

Confirmatur in ignis est determinatus ad certum gradum caloris: ergo & qualibet alia causa est determinata ad certum gradum formæ à se producibilis.

*Probat*ur consequentia tum à paritate rationis; tum quia non videtur vlla forma alia esse intensior quam caloris.

*Probat*ur secundo, quia qualitates primæ habent determinatam intensiōem naturaliter: ergo & reliquæ: quia vel est eadem ratio vel certe nullæ potius deberent non habere determinatum gradum quam illæ primæ.

*Probat*ur antecedens, quia non debent habere aliam intensiōem, quam quæ sufficit ad disponendam materiam ad formam substantialem, & introduendam, & conservandam: sed determinata intensiō sufficit ad hoc, ut patet ergo habent determinatam intensiōem.

*Obijci*et: non habent determinatum gradum extensionis: ergo nec intensiōis.

Respondet negando consequentiam: & disparitas est, quod extensio sine fine possit conducere ad producendas formas substantiales sine fine; sed de intensiōe. Alia etiam disparitas est, quod extensio fiat per applicationem successivam aliterius, & alterius materiae; intensiō vero fiat in eadem materia, quæ posset manere applicata sine argumento, quod esset impossibile, si non daretur status, nisi produceretur infinita intensiō.

Quot
gradus
determi
nant sibi
qualita
tes natu
raliter.

Quærit, quot sint gradus in intensiōe, quam sibi determinat qualitas naturaliter.

Respondet quamlibet qualitatem huiusmodi esse divisibilem in infinitum, & propterea non posse determinari quot gradus determinatos habet ita, quin possint in illa plures, vel pauciores gradus determinati, alterius tamen magnitudinis, reperiri: sicut enim lignum palmare licet possit dici constare duobus semipalmis, & non pluribus, nec paucioribus, potest tamen dici constare decem digitis aut tot quot constituunt palmum: ita in proposito dicendum. Hoc tamen non obstante, communiter qualitas summe intensæ dicitur constare octo gradibus, quia sine dubio bene potest dividi in octo partes æquales, ac in sex aut duodecim: & quantum ad examinandas quæcumque veritates, perinde est determinare octo gradus, ac quemcumque alium numerum; & ideo arbitrariè conveniunt in illo numero Philosophi, quia aliquem deligere voluerunt.

Cur ma
xima in
tensio di
citur oc
to gra
dum.

CONCLUSIO III.

60 *Si nihil aliud inconueniens sequeretur ex eo, quod non daretur status in intensiōe versus magnitudinem, quam quod dari possit qualitas infinite intensæ per additionem graduum ad gradum, & quod subiectum aliquod finitum posset eam recipere, & ea mediante similem qualitatem producere, non deberet dari status in qualitate quoad intensiōem versus magnitudinem.* Hæc videtur simpliciter esse contra aliquos Scotistas & partim etiam est contra alios Doctores, qui negant statum, quamvis absurdum esset dari infinitum in intensiōe.

*Probat*ur, quia vel non sequeretur quod dari posset qualitas infinita, etiam si non daretur status in gradu villo determinatio finiti, sicut in sententia satis communi ex eo quod non possit dari status in termino extensionis quoad magnitudinem, non sequitur posse produci corpus etiā homogeneum infinitæ magnitudinis; & sicut ex eo quod non datur status in divisibilitate quantitatis palmaris, verbi gratia, in numero aliquo determinato categorematico, non sequitur quod posset actu dividi in partes determinatas infinitas. Vel si sequeretur quod posset dari talis qualitas infinita, quæ recipi posset in subiecto finito, & esse ipsi ratio producendi talem qualitatem, id non esset inconueniens, nisi aliud aliquod inconueniens inde sequeretur: ergo vera conclusio. Consequentia est evidens. Antecedens quoad primam partem iam probatum est exemplis illis.

61 *Probat*ur quoad secundam partem, in qua sol'a est difficultas, qui neque esset inconueniens ex infinitate ipsius qualitatis, neque ex capacitate subiecti ad eam recipiendam, neque ex adiuuitate illa ad producendam similem qualitatem: ergo non esset inconueniens nisi aliud quam hoc sequeretur.

*Probat*ur antecedens hoc ultimum quoad primam partem, quia non est inconueniens quod daretur infinita qualitas quoad extensionem gradualem: ergo neque quoad intensiōem.

*Probat*ur consequentia, quia gradus intensiōis, & extensionis sunt eiusdem rationis, ut suppono ex dictis, nec habent ullam differentiam, nisi quod vniuntur diversis modis: sed diversitas unionis non arguit ullam impæcantiam in vna qualitate magis quam in altera; licet enim qualitas intensæ sit perfectior quam extensa, tamen illa perfectio non est nisi gradualis, & coniunctionis magis intimæ illorum graduum, quæ non inconuenit vllæ ratione.

Confirmatur, quia qualitas magis extensa est perfectior minus extensa: & tamen non propterea repugnat qualitas infinite extensa: ergo quamvis qualitas intensæ esset perfectior quam extensa, non propterea repugnet qualitas infinite extensa.

*Probat*ur idem ultimum antecedens quoad secundam partem, quia illa capacitas subiecti non esset infinita: sed non repugnet capacitas ipsius in ordine ad recipiendam illam qualitatem, nisi quia sequeretur quod esset infinita: ergo. *Probat*ur maior, quia eadem illa capacitas realis, & finita etiam formaliter considerata, quæ reciperet unum gradum, esset capacitas quæ reciperet alterum; nec maior requireretur ad recipiendos infinitos gradus illos, quæ finitos quoscumque, quod probat, quia eadem capacitas superficiæ ambientis, quæ sufficit ad unum corpus aut vltimum Angulum sufficit ad recipiendum infinita corpora, ablata impenetrabilitate, & infinitos Angelos, si darentur; nec ad hoc requiritur capacitas infinita. Similiter capacitas obedientialis, quam habet corpus, ut possit poni miraculose in duobus locis, sufficit ut possit poni in infinitis: & capacitas productiva quam habet ignis ad producendos duos ignes, sufficit ut possit producere infinitos, quos etiā actu produceret si infinite materię applicarentur ipsi; & idem est de capacitate quam habet intellectus ad producendas intellectiōes, quæ enim sufficit ut possit producere centum, sufficit pariter ut possit infinitas, saltem successivæ, & sufficeret etiam ad eas simul producendas, nisi ex alio capite quam ex naturali productione id repugnaret.

62 *Probat*ur

No esset
inconue
nientia
quod
qualitas
infinita
reciperet
in in
finito
subiecto
finito
nec quod
produceret
et aliam
qualitatē
infinitam

62 *Probatur denique antecedens primum quo ad certam partem*, quia ex suppositione quod non repugnet ipsamet qualitas infinite intensæ secundum se, & etiam quod non repugnet eam poni in subiecto aliquo, non repugnet quod illud subiectum ea mediante producere possit in alio subiecto applicato similem qualitatem tantæ perfectionis; si forte deberet eam producere; neque ex productione illa sequeretur magis inconueniens quam illud ipsum de infinitate qualitatibus productæ; quod non est inconueniens vlllo modo in casu.

Confirmatur, quia non est inconueniens quod qualitas infinite extensa producat aliam similem; ergo neque quod qualitas infinite intensæ a paritate rationis.

Dices contra secundam partem antecedentis iam probatæ: si qualitas infinite intensæ communicaretur alicui subiecto finito, sequeretur, quod perficeretur perfectione infinita: sed hoc videtur inconueniens.

Respondetur distinguendo sequelam: perfectione intrinseca orta ex conjunctione alicuius formæ infinitæ cum ipso, concedo, nec id est vlllo modo inconueniens; in perfectione intrinseca & identificata sibi, nego sequelam.

CONCLUSIO III.

63 *Si detur status in speciebus, ita ut possit dari aliqua finita & limitata tantæ perfectionis, qua perfectior a Deo nequit produci, debet etiam consequenter dari status in intentione quæ statum saltem sensibilem, & earum, quæ concurrunt ad actus vitales. Hæc sine dubio est Scoti in 3. dist. 13. & eam tantum intendunt Scotista.*

Probatur manifeste, quia si detur status in speciebus debet dari status in intentione actuum vitalium: sed non potest dari status in illa intentione absque statu in quolibet ad illas concurrentibus; quo enim quæritates sunt magis intensæ, eo magis intensi sunt actus, ad quos concurrunt; nec possibilis est maior intentio aut actiuitas in principio, quam possit requiri ex parte effectus: ergo si detur status in speciebus, debet dari status in qualitatibus huiusmodi.

Probatur maior primo, quia actus vitales, ut supra dixi, non intenduntur per additionem gradus ad gradum, & consequenter actus intensior est specie perfectior quam actus minus intensus: ergo si detur status in speciebus, debet dari status in intentione actuum huiusmodi.

Probatur secundo eadem maior, quia licet non repugnet aliquod infinitum, quod haberet esse infinitum ex inclusione plurium partium siue extensionis, siue intensio- nis, videtur tamen repugnare aliquid infinitum indiuisibile, non minus quam repugnet aliqua species infinita: ergo, si ex repugnantia speciei infinitæ, debet dari status in speciebus, debet etiam dari status in intentione actus, quandoquidem repugnet actus infinite intensus non minus quam species quæcumque infinita.

Expressi in conclusione, qualitates sensibiles & concurrentes ad actus vitales, quia si sint aliquæ qualitates aliæ, de quibus non est eadem ratio, ex eo quod non essent natæ concurrere ad aliquem effectum indiuisibilem, quatenus sunt intensæ, ob hanc ipsam disparitatem posset admitti, quod non daretur status in intentione earum, nec id esset aut inconueniens, aut contra *Scotum*.

Proposui etiam conclusionem conditionaliter & non absolute, quia nolo tam ex minare, an detur status in speciebus: & hoc supposito, conclusio non habet difficultatem, meo iudicio.

CONCLUSIO VLTIMA.

64 *Qualitas quæcumque intensæ per inclusionem plurium graduum non habet terminum, quo ad paritatem, nec etiam qualitas intensæ sine inclusionem plurium graduum. Hæc est communior, & licet citetur Scotus pro opposito in 2. dist. 2. g. 9. nihil tamen dicit ibi, quod sit oppositum huic conclusioni.*

Probatur prima pars, quia est diuisibilis in infinitum, alias non esset acquisibilis per motum successiuum & continuum, ut patet: ergo non datur vlla minima pars ipsius, quæ non sit vterius diuisibilis; nec certe video quomodo

de hoc possit dubitari. Fortassis volunt aduersarij, quod quamuis sit diuisibilis in infinitum, possit tamen produci in instanti aliqua pars ipsius.

Sed si loquamur de productione qualitatum non habentium contrarium in subiecto, nec resistantiam aliquam, ut est lux, omnes concedunt illas produci cum tota sua intentione in instanti; si vero loquamur de qualitatibus diuisibilibus habentibus contrarium, certum est illas produci & destrui per motum successiuum; & consequenter quemadmodum non datur minima pars motus, ita nec dari posse minimam partem termini per illum acquisiti aut deperditi: neque hæc res maiori indiget declaratione, aut meliori fundamento; nec prorsus intelligo discursum *Arriagæ*, quo oppositum conatur ostendere *hic diffut. 3. sect. 4.*

Probatur etiam secunda pars, quia sicut non potest dari status in qualitate diuisibiliter intensæ, ita nec in indiuisibiliter intensæ: tum quia eadem est ratio, tum quia qualitas diuisibiliter intensæ in quacunque intensione quantumuis remissa potest habere qualitatem intentionalem sibi conformem: ergo si non detur status in vna qualitate, nec etiam in altera.

Dices: si non daretur status in qualitatibus indiuisibiliter intensæ quo ad paritatem, sequeretur quod qualitas intensæ ut vnum verbi gratia esset infinitæ perfectionis, quia excederet infinitas species maioris, & minoris perfectionis, quæ sub se darentur.

Respondetur, quemadmodum non sequitur quod lignum palmare sit infinitæ extensionis, quamuis sit maius quacunque parte ex infinitis partibus in quas diuidi potest, licet esset infinitæ extensionis, si excederet infinitas partes æquales vni certæ, & determinatæ, ita actus vitalis intensus indiuisibiliter ut octo, verbi gratia non est infinitæ extensionis simpliciter & categorematice, licet excedat in perfectione infinito, alios actus se imperfectiores, qui possent dari, quia illi actus non sunt determinatæ perfectionis & æqualis vni certæ.

QUESTIO VII.

De contrarietate qualitatum.

65 *EX*perientia compertum est quasdam qualitates ita sibi inuicem opponi, ut ad introductionem vnius expellatur altera, vel diminuitur. Sic enim quotidie quando introducitur frigus, expellitur calor. Et quia oppositio huiusmodi qualitatum non est contradictoria, nec priuatiua, cum vtrumque extremum sit positium quid; nec relatiua, cum neutrum extremum sit relatio, hinc communiter vocantur contraria, & qualitates sic oppositæ vocantur contrariæ, & quidem communiter supponuntur esse contrariæ propriissime loquendo. Sed *Arriaga diffut. 5. met. num. 37.* putat eas non esse proprie loquendo contrarias, nisi sicut duo vbi, aut duæ formæ substantiales sunt contrariæ.

Ut intelligatur autem sententia huius Authoris, & res ipsa in se, aduerte secundum ipsum, illas formas solas censendas proprie contrarias, quæ non ex incapacitate subiecti, sed ex natura sua formali habent contrarietatem: vnde quia duo vbi distincta in eodem subiecto non habent oppositionem ex natura sua, ut patet ex eo quod possint reperiri naturaliter in eadem anima & eodem Angelo, sed ex limitatione subiecti; non debent censeri proprie contraria: At quia amor & odium, assensus & dissensus eiusdem subiecti, ex natura sua habent oppositionem, & non ex limitatione subiecti, ut patet ex eo, quod neque in ipso Deo reperiri simul possint, quamuis ex se nullam habeant limitationem; propterea sunt propriissime contraria. Hoc supposito, probat hic author calorem, & frigus non esse contraria proprie, quia non habent ex sua natura se expellere, sed ex incapacitate, ac limitatione subiecti, sicut duo vbi. Quod probat: tum quia non est vlla ratio, ex qua colligatur oppositio inter illa, nisi ex eo quod expellant se inuicem: sed illa ratio non probat oppositionem proprie dictam inter illas magis, quam inter duo

К К К

Qualitas intensæ non habet terminum quo ad paritatem.